UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Aaron I. Pont V T. S. Theodoricus Ab S. Eberhardus Eps. 1. Iul.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

11. S. Aaron 1. in Lege Moſaica Sacerdotum ſummus ſeu Pontifex creatus, mediatorem inter Deum & Iſraelitas egit, fuitq; figura eius qui nunc eſt Pontificatus in S. Petro fundatus, quemadmodum igitur iſta dignitas, Ver. T. per lapſum Aaronis, in conflando vitulo, non exaruit, ita nec hodie per priuata vitia alicuius Pontificis ſanctitas Vicariatus Chriſti non degradatur.

12. S. Theodoricus Abbas diſcipulis S. Remigij oleo benedicto filiā Theodorici Francorū Regis à mortuis excitauit, obijt ſanctiſſime A. 520.

13 S. Eberhardus Comes natus ad monaſteriū confugit, inde extractus mentem non exuit, ſed & locum repetijt. Demum Salisburgenſem Epiſcopatum ſancto regimine ex exemplis Miſericordiæ impleuit nihil negādo ijs quod ſub B. M. V. invocatione ſe corâſſent.

S·Aaron 1. Pont V T. S. Theodoricus Ab S. Eberhardus Eps. 1. Iul.

Caritas proximi.

Non fulgebit anima in ſplendore æternæ pulchritudinis, niſi in officina arſerit Charitatis. Greg.

S Aaronis qui Euangelicum figurauit Pontificatum (S. Theodorici : S. Eberhardi) quæſumus Domine ſupplicatione placatus & veniam nobis tribue & remedia ſempiterna concede, Per D N Ieſum &c.

Ora pro pace, &